

Quod contra rationem juris introductum est, non debet trahi ad consequentiam. Lex quod vero. Dig. de legibus.

Lo que se introduce en contra de la razón del derecho, no debe extenderse á sus consecuencias.

Quod quisque ob sui corporis tutelam facit, jure fecisse existimatur. Dig. de just. et jur. Lex ut vim.

Lo que alguno hace por la defensa de su cuerpo, se estima que tiene derecho para hacerlo.

Quod per me non stat, mihi non debet imputari. Dig. loca. Lex sed addes.

Lo que no existe por un acto mío, no se me puede imputar.

Quod omnes tangit ab omnibus approbatur. Lex fin. Cod. de auth. praes.

Lo que á todos toca, por todos debe aprobarse.

Quod semel meum est, amplius meum fieri non potest. Lex cum res. Cod. de contra. empt.

Lo que ya es mío, no necesita de otro título para ser mío.

Quod negat natura, lex non audet. Lex 2. § 1. Dig. de usufr. earum rerum quae usu consum.

Lo que niega la naturaleza, no se atreve à hacerlo la ley.

Quod gratis accipistis, gratis date. Cap. quicquid. I, q. I contra simoniam.

Lo que recibiste gratuitamente del mismo modo lo has de dar.



R.

Ratio est anima legis. Dig. de legib. 2. Lex cum pater. § dulcissimis.

La razón es el alma de la ley.

Ratio naturalis potest allegari etiam sine lege. Lex fin. Dig. de poenis. Nam deficiente lege vel canone, potest allegari ratio. 19 distin. cap. si remanorum.

La razón natural se puede alegar sin necesidad de ley, porque faltando la ley ó el cánon se puede alegar la razón.

Ratio civilis jura naturalia corrumpere non potest. Inst. de legit. adgnat. tutel. Quia civilis ratio Civilia quidem jura corrumpere potest, naturalia vero non utique. Inst. de cap. dimi. § cum autem. Vide, Jus naturale.

La razón civil no puede derogar los derechos naturales; porque la razón civil derogará el derecho civil, pero no el natural.

Ratio generalis praevalet speciali. Notatur Inst. de usucapio, § quod autem.

La razón general prevalece sobre la especial.

Ratio a capite edenda est. Dig. de edendo. Lex argentarius.

La razón se ha de tomar del capítulo principal.

Ratione legis cessante, cessat et ipsa lex. Dig. de legib. Lex liberorum autem. § 1 et Dig. de his qui notant inf.

Cesando la razón de la ley, cesa la misma ley.

Ratio non omnium reddi potest, quae à majoribus constituta sunt. Dig. de legib. Lex non omnium.

No se puede dar razón de todas las cosas establecidas por nuestros mayores.

Ratio eadem exigit idem jus. Lex illud quæsitum. Dig. ad leg. Aquil.

La misma razón exige el mismo derecho.

Ratio format pactum. Cod. de transact. Lex interpositas. § sed quoniam.

La razón constituye pacto.

Rationem juris excedentia, non debent ad consequentias trahi.

Lo que excede á la razón del derecho, no debe extenderse á sus consecuencias.

Rarum omne carum. In authen. ut sine prohib. mat. col. 7, § 1.

Todo lo que tiene gran precio ó estimación, es raro.

Ratio si est eadem, lex extenditur. Dig. de vi et vi arm. Lex 1. § quod vulgo.

Si es la misma la razón de la ley se extiende ésta.

Ratihabitio omnis retrotrahitur, et mandato non est dubium comparari. Cap. rati habitionem retrotrahi. De regulis juris. lib. 6.

La ratificación se compara con el mandato y se retrotrae al tiempo del acto.

Ratum habere non possum quod meo nomine non est gestum. Dig. negotior. gest. Lex item si. § si quis quasi servus.

Lo que no se ha hecho en mi nombre, no puedo ratificarlo.

Ratio seu responsio quæ est eadem cum dicto, non valet. Lex qui interrogatus. Dig. de interrog. act.

La razón ó respuesta cuyo argumento sólo es una repetición de la pregunta, no es válida.

Reatus omnem honorem excludit. Lex 1, Cod. ubi senatores.

Una mala acción excluye de todo honor.

Religiosa sunt quæ religiosis adhærent. Cap. quæ religiosis. Dig. de rei vendic.

Son religiosas las cosas que se adhieren á otras cosas religiosas.

Rei appellatio latior est, quàm pecuniæ: quia etiam ea, quæ extra computationem patrimonii nostri sunt, continent; quanquam pecuniæ significatio propriè ad ea referatur, quæ in patrimonio nostro sunt. Dig. de verb. signif. Lex rei appellatio.

La palabra *cosa* tiene una significación más extensa que la de pecunia ó dinero, porque contiene aun lo que se halla fuera de nuestro patrimonio; porque la significación de la palabra pecunia se refiere á lo que está dentro de nuestro patrimonio.

Rei appellatio est generalis. Dig. si cert. pet. Lex 1.

La palabra cosa es general.

Rei appellatione et causæ, et jura continentur. Dig. de verb. sign. Lex 23.

Las causas y los derechos que le pertenecen, se comprenden en la palabra cosa.

Rei alienæ valet emptio et legatum. Lex rem alienam. Dig. de contrahend. empt.

La compra y el legado de cosa agena, vale.

Rei legatae vel per fideicommissum relictæ dominium transfertur à morte testatoris. Lex à Titio. Dig. de furt.

Se transfiere el dominio de las cosas legadas ó dejadas en fideicomiso, desde la muerte del testador.

Rei satis demonstratæ quicquid adjicitur, frustra est. Lex 1, § fin. Dig. dot. paeleg.

Es inútil todo lo que se agrega á la suficiente demostración de una cosa.

Reipublicæ interest, ne crimina remaneant impunita. Lex si ita vulneratur. Dig. ad leg. Aquil.

Interesa à la República que los delitos no queden impunes.

Relicta ab instituto videntur, et censentur repetita a substituto. Lex licet imperator. Dig. de legat. 1.

Las cosas se estiman abandonadas por el que las pasa á otro, y repetidas ó adquiridas por el substituto.

Rebus judicantis standum est. Dig. de bon. liber. Lex si patronus 2. § si quis cum esset.

Se ha de estar á lo establecido por el juez.

Regina est et domina in ultimis voluntatibus voluntas testatoris. Cod. de legat. Lex cum quæstio.

La voluntad del testador es la reina y señora en las últimas voluntades.

Res denominatur a suo authore. Inst. de act. § namque si cui.

La cosa toma su denominación de su autor.

Res suas nemo vendere cogitur, etiam justo pretio. Lex invitum. Cod. de contrahend. empt. et vend.

Nadie puede ser obligado á vender sus cosas, ni aun por su justo precio.

Res suas cogitur aliquis vendere. Lex si quis sepulchrum. Dig. de religio. et sumpt. funer.

Casos hay en que alguno puede ser obligado á vender sus cosas.

Res licet pervenerit ad eum casum a quo incipere non potuit: non tamen per hoc vitiatur. Lex secus judicantis. Dig. de judic.

Aunque la cosa llegue á un caso del que no pudo tomar su origen, no vale el acto.

Res cum ad eum casum pervenit à quo incipere non potest: non valet actus.

Cuando la cosa se halla en un caso que no puede servirle de origen, no vale el acto.

Rei suae quilibet est moderator et arbiter. Vide, Moderator.

Cada uno es dueño y árbitro de sus cosas.

Res proprie reddita non dicitur, quae deterior reddita est. Lex 3, Dig. commod.

La cosa no se dice restituida cuando se vuelve en mal estado.

Res nostra nobis invitis ab aliis retineri non potest. Lex si filiusfamilias. § maritum. Dig. solut. matrim.

Nadie puede retener nuestras cosas contra nuestra voluntad.

Res cum judicatur esse mea, simul judicatur illius non esse. Lex Pomponius scribit. § denique. Dig. de procurat.

Cuando se declara en juicio que una cosa es mía, se entiende haberse declarado que no es al mismo tiempo de otro.

Res judicata non potest ex uno eodémque judicio, pro parte valere et pro parte non valere. Lex quaedam. Dig. famil. eriscund.

La cosa juzgada no puede por el mismo juicio valer en un punto y no valer en otro.

Res judicata pro veritate accipitur. Lex ingenuum. Dig. famil. eriscund.

La cosa juzgada se tiene por verdad.

Res tanti aestimatur, quanti emptorem invenerit, Lex si servus. § quod si. Dig. de condict. furti.

La cosa se estima que vale el precio por lo que ha sido comprada.

Res inter alios acta, aliis nec prodest, nec nocet. Lex saepe constitutum est. Dig. de re judic. Saepe constitutum est, res inter alios actas, aliis non praejudicare. Quod tamen quandam distinctionem habet. Nam sententia inter

alios acta, alias quibusdam etiam scientibus non obest: quibusdam vero etiam si contra ipsos iudicatum sit, nihil nocet. Nam scientibus nihil praeiudicat: Veluti si ex duobus haeredibus debitoris alter condemnatur. Nam alteri integra defensio est, etiam si cum cohaerede suo agi scierit: item, si ex duobus petitoribus alter victus acquieverit, alterius petitioni non praeiudicatur: idque ita rescriptum est.

Los actos pasados entre algunos no dañan, ni aprovechan á otros. Generalmente se halla establecido que las cosas pasadas entre otros, no perjudican á tercero; pero aquí cabe una distinción, porque la sentencia pronunciada entre algunos, á veces no daña á los mismos contra quienes se dictó.

Res eadem diverso jure non debet censeri. Lex eum qui aedes. Dig. de usucapion.

Una misma cosa no debe juzgarse con diversos derechos.

Res sua nemini servit. Lex uti frui. Dig. si usufr. pet. Nec enim potest ei suus fundus servire de suo enim, non de alieno jure quenquam agere oportet. Lex re communi. Dig. de servit. urb. praed.

La cosa propia no reporta servidumbre en favor de su dueño; porque un fundo mío no puede llevar servidumbre para mí mismo.

Res aliena vendi potest: sed emptori eam auferri licet. Lex rem alienam. Dig. de contrahend. empt. et vend.

La cosa agena puede venderse: pero es lícito repetirla del comprador.

Re communi possum invito socio uti, ad hoc, quod mihi prodest, et illi non noceat. Lex fistulam. § fin. Dig. de servit. praedio. urb.

Puedo usar de una cosa común contra la voluntad de mi socio, en cuanto á mí me aproveche y á él no le dañe.

Res proprio nomine appellantur, an digito ostendantur, an vocabulis quibusdam demonstrantur, nihil interest. Lex certum est. Dig. si cert. pet.

Las cosas deben llamarse con su propio nombre; importando poco que se puedan señalar con el dedo ó por medio de las palabras.

Rem suam nemo nisi á fure condicere potest. Lex 1, Dig. de condict.

Nadie puede recobrar su cosa por sí sino del ladrón,

Res major propter modicam rem non debet immutari. Lex scio. Dig. de in integr. restit.

Una cosa mayor no debe sufrir alteración por una cosa menor.

Res nata ex re mea, ad me pertinet. Lex solum. Dig. de rei vend.

Una cosa que nace de otra mía, á mí me pertenece.

Rei empta pecunia mea non est mea: et ideo a me vindicari non potest. Lex si ea pecunia. Cod. de rei vendic. Si ea pecunia, quam deposueras, is apud quem collocata fuerat, sibi possessiones comparavit, ipsi quae traditae sunt, tibi vel omnes tradi, vel quasdam compensationis causa ab invito in te transferri, injuriosum est.

La cosa comprada con dinero mio, no por eso es mía. Y por eso no puedo justamente quitarla. Mas si el dinero que yo pido, fué colocado en esta compra, puede compararse á una posesión, y puedo yo reclamar la cosa por causa de compensación, aun contra la voluntad del que hizo la compra con mi dinero.

Res non videtur esse in loco, in quo non est mansura. Lex 1. Cod. de verb. signif.

Una cosa no se ha de decir que reside ó se halla en aquel lugar donde no ha de permanecer.

Res facile revertitur ad suam naturam. Lex si unus. § quod si in specie dotis. Dig. de pactis. Incipiet dos redire ad jus suum.

Las cosas fácilmente vuelven á la naturaleza de que traen su origen.

Res sacra non recipit aestimationem, Lex res sacra. Dig. de rer. divis.

Una cosa sagrada no tiene precio.

Res transit cum suo onere. Dig. de pignorat. act. Lex si convenerit.

La cosa pasa con su carga.

Res divinae perfectissimae sunt: humani vero juris conditio in infinitum decurrit, nec est in ea, quod perpetuo stare possit. Lex 3. Cod. de vet. jur. enucle. § sed quia divinae.

Las cosas divinas son perfectísimas; la condición del derecho humano va cambiando hasta lo infinito, ni hay en él nada que se mantenga perpetuamente.

Res subrogata in locum alterius, naturam ejus sortitur in ejus locum subrogatur. Lex qui in alterius. Dig. de reg. jur.

La cosa subrogada en lugar de otra sigue la naturaleza de aquella en cuyo lugar se subrogó.

Res quanto magis appropinquat ad tempus suae corruptionis tanto debiliores habet virtutes. Lex quoniam. Cod. de testam.

Cuanto más una cosa se acerca á su fin, tanto más se debilitan sus fuerzas.

Res cum alienatur transit ad eum in quem alienata est, cum sua causa. Lex alienatio. Dig. de contrahend. empt. Alienatio cum fit, cum sua causa dominium ad alium transferimus, quae esset futura, si apud nos ea res remansisset. Idque toto jure civili ita se habet, praeterquam si aliquid nominatim sit constitutum.

Cuando se enagena una cosa, se transfiere con su causa al nuevo dueño. Al hacer una enagenación transferimos á otro su dominio con la causa futura que hubiera tenido en nuestro poder si la hubiéramos conservado en él. Y esto es conforme al derecho civil, salvo convenio en contrario.

Res mali exempli est vitanda. Lex exemplo perniciosum est. Cod. de probat.

Ha de evitarse la cosa que sirve de mal ejemplo.

Rem qui emit aliena scienter, vel alii obligatam, sibi imputet: nisi expresse de evictione, sit stipulatus. Ignorans enim semper habet regressum de evictione. Lex si fundum. Cod. de evictio.

El que compró una cosa agena ó que está obligada á otro, sabiéndolo, impúteselo á sí mismo, si no es que se haya estipulado expresamente la evicción. El ignorante siempre tiene recurso á ésta.

Res mutata, in pristinum statum redire non potest. Lex inter stipulantem. § sacram rem. Dig. de verb. oblig.

La cosa que ha sufrido alguna alteración no puede volver á su primer estado.

Res per pecuniam aestimatur, et non e contrario, Lex si ita fidejussorum. Dig. de fidejuss. et mandat.

La cosa se estima por el dinero que vale, y no al contrario.

Res suas nemo per rixas vel contentiones reposcere debet, sed jure. Lex si plagis. Dig. ad leg. Aquil.

Nadie puede pedir sus cosas por medio de riñas ó reclamaciones violentas.

Rei haereditariae nondum possessae furtum non sit. Lex contra. Dig. rerum amot.

No cabe hurto de las cosas hereditarias de que no se está en posesión.

Rerum vocabula immutabilia sunt, hominum mutabilia. Lex 4. Dig. de leg. I.

Los vocablos ó nombres de las cosas, son inmutables; no así los de los hombres.

Rerum ordo confunditur, si unicuique jurisdictio sua non servetur. Lex consulta. Cod. de test.

Se confunde el orden de las cosas si no se guarda la jurisdicción que á cada uno corresponde.

Reus in exceptione actor est. Lex 1. Dig. de except.
El reo se convierte en actor alegando sus excepciones.

Reus primum conveniendus est, non autem fidejussor. Novell. ut prim. credit. aggréd. § const. 4.
Primero ha de ser citado el reo y no el fiador.

Residui appellatione, etiam totum continetur. Lex 2, Cod. de haered. instit.
En la palabra residuo se significa también el todo.

Rescripta non debent concedi, et concessa non valent, quae jus alterius tollunt. Cod. de rei vendic. Lex incivile.
No deben otorgarse los rescriptos ni valen lo que se hubieren concedido con perjuicio ageno.

Rescriptum quod habet clausulam: si preces veritate nituntur, non valet. Lex universa. Cod. de divers. resc.
El rescripto que tiene esta cláusula: "*si la sollicitud se apoya en razones ciertas,*" no vale.

Responsum lege non probatum nihil valet. Novell. de trient. et semisse. § consid. const. 18.
La respuesta que no está fundada en la ley, no tiene lugar alguno.

Responsio debet fieri secundum interrogationem. Lex de aetate. § quod autem ait Praetor. Dig. de interrog.
La respuesta debe ser conforme á la pregunta.

Respublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus praefertur. Lex bonis venditis. Dig. de privil. creditor.
La república acreedora tiene preferencia sobre todos los acreedores quirografarios.

Respublica pupillo aequiparatur. Lex rempub. Cod. de jur. rei. Lex X.

La república se equipara al pupilo.

Roma communis omnium patria est, et caput mundi. Dig. ad munic. Lex Roma, in cap. cuncta per mundum. 9. q. 3 in clem. fin. de poen.

Roma es la patria común de todos y la capital del mundo.

Rusticitati parcendum est. Lex fin. Cod. de testam. Et ab antiquis legibus et a diversis retro principibus semper rusticitati consultum est, et in multis legum subtilitatibus stricta observatio eis remissa est. Quod ex ipsis rerum invenimus documentis. Lex si quis. § doli mali. Dig. de jurisdict.

Siempre se ha de tener consideración á la rusticidad. Por las leyes antiguas y por diversos príncipes siempre se ha favorecido á la rusticidad, y se le ha dispensado de la estricta observancia de las sutilezas del derecho.

Rustici nec aequitare, nec pecunias portare audent. Lex Domini. Cod. de agri. et cens. Lex II.

La rusticidad reporta en sí carencia de recursos y no se equipara al instruido.

Rusticorum authoritati credendum est. Lex si chorus. § 1. Dig. de leg. 3.

La autoridad de los rústicos, como basada en la poca malicia y mala fé, se ha de creer en hechos.

Rusticorum vulgare dictum est, ut dividant rem per medium. Dig. de negot. gest. ibi glo. in lex Nesennius in fin.

Es dicho vulgar entre los rústicos, que la cosa se divida por mitad.

